factus est: nō utiq; ppter ipsum mūdū. Neq; em̄ aut calore solis: aut lune: aut aspiratione vētorū: aut humore imbrū: aut alimonia frugū: cū sensu careat indiget. Sed nec illud quide; dici pōt qd deus ppter seipsum fecerit mūdū: qm̄ potest esse sine mūdo sicut fuit antea: et his oībus que in eo sunt queq; generātur deus ipse non vtitur. Apparet ergo animantiū causa mūdū esse cōstructū: qm̄ his rebus quibus cōstat animātes fruūtur: que vt viuere et cōstare possint: oīa his necessaria tēporibus certis subministrātur. Rursus ceteras animātes causa hoīs esse factas ex eo clarū est qd homini seruiūt: et tutele eius atq; vsib; data sunt. Et infra scilz. c. v. Sicut ergo mūdū pōt ppter se deus fecit: qz eius cōmodis non indiget: sed ppter hominem qui eo vtitur: ita ipsam hoīem non ppter se. Que vtilitas deo in homine inquit Epicurus: vt eum ppter se faceret: scilz vt esset qui opera eius intelligeret: qui prouidentia disponēdi ratio: nē faciēdi virtutē cōsummandi: et sensu admirari: et voce proloqui posset. Quotum omniū summa hec est: vt deū colat. Is em̄ colit qui hec intelligit. Is artis fer rerum omnium. Is verum patrem suū debita veneratione psequitur: qui virtutē maiestatis ei; de suoz operum inuēitione: in ceptione: perfectione metitur. Qd planius argumētū pferri pōt: et mūdū hoīs: et hoīem sui causa deū fecisse: qd ex oībus animantibus solus ita format; est: vt oculi ad celū directi: facies ad deū spectaret: vult; suo cū parētē cōis sit vt videat; hoīem de; quasi porrecta manu alleuatum ad cōtemplationē sui excitasse. hec ille. ¶ Scdo maleo exēplaritatis dissoluēda est hec catena diabolica. Nā videmus per experientiam tot et tāta miracula esse facta: qui nō nisi p deū fieri potuerunt. Un̄ Rich. in. iij. de trinitate ait: Dñe si decepti sumus: non nisi per te decepti sumus. Nā tātis signis firmata sunt: que nō nisi p te fieri potuerunt. Et hoc probatur per

Aristo. in postpredicamentis: qui dicit qd a priuatione ad habitū nō est regressus per naturā. Si ergo hō priuatus est visu: nō pōt illuminari nisi p opus sup; naturale et diuinū. Sili; mortuus non pōt resuscitari nisi per miraculū. Quare rei ergo dubitamus fidei credere: et ei totaliter adherere: cū sit tot et tantis miraculis probata et confirmata. Qd si dixeris miracula facta non esse. Respondet Augusti. xxi. de ciuita. dei. c. v. in fine dicens: Si ista miracula facta esse non credunt vnum grāde nobis miraculū sufficit: qd iā sine vllis miraculis totus mundus credidit. Qd similiter dici potest de miraculis diebus nostris factis per indyctum confessorum Antonium paduanum nostrum: que tot et tanta fuerunt vt vehementē stuporem toti mundo induxerint. O fides sancta: o fides catholica: o fides orthodoxa: o fides robusta: quis dubitet ampli; tibi credere? Er te nullus: nisi a sensu et ratione alienatus. Nam miracula tot facta vidimus: audiuius: palpauimus: que nullatenus negare possumus. Que si quidā veneno serpentino negabunt: vnum grande miraculū miraculorum est: qd totus mundus (vt ita loquar) pedib; vnius pauperis fratris mortui prostermitur et inclinatur. Ipsū adorant reges: dñi prelati: et summi pontifices. Credamus ergo indubitanter: et credēdo amemus: et amando deo fideliter seruamus: et finaliter salui erimus. Et sic patet prima catena.



Ecūda catena vocatur desperabilitas. Nā hec est cōsuetudo demonis ex fallacia sua: vt anteq; peccatores peccent eis suggerat deum esse misericordē. Sed postq; peccauerint suggerit ipsum esse crudelē: vt sic desperando de misericordia dei nunq; peniteat. Sic cut fecit Layn homicida: q dixit Bene. iij. Maior est iniquitas mea: q vt veniā merear. Iecirco Salomon ait Prover. xviij. Impius cū in pfundū peccatoris



venerit cōtēnit salz veniā. Itē in perso-  
na iniquorū dī: Viere. xv. Factus est do-  
lor me⁹ perpetuus: ⁊ plaga mea despe-  
rabilis renuit curari. Sicut fecit iudas  
Matt. xvij. Proiectis argēteis in tē-  
plo recessit: ⁊ abiēs laqueo se suspēdit.  
Et ex hoc sequit illud malū qz ruunt de  
pctō in peccatū: ⁊ in dies efficiunt dete-  
riorēs. iuxta illud Ephē. iij. Desperātes  
semetipsos tradiderunt impudicitie in  
operationē immūdie oīs in avariciāz.  
Sed catēna ista facile dirūpitur auctori-  
tate scripture ⁊ exemplo. Nam oīs scri-  
ptura clamat qd deus est misericors. In-  
ter alia Salomon Eccl. i. c. air: Pius et  
misericors est deus: ⁊ remittit in die tri-  
bulationis pctā. Et idē. xvij. Magna  
est misericordia dñi ⁊ propitiatio illius  
conuertentibus ad se. Itē. xviij. c. Quis  
adiciet enarrare miām dei. Itē Jobel.  
ij. Conuertimini ad me in toto corde ve-  
stro ⁊c. ⁊c. Et conuertimini ad dominū  
deum vestrū: qz benignus et misericors  
est paries ⁊ multē mie: ⁊ prestabilis su-  
per maliciā. Itē ps. xxiij. Audiuit dñs et  
misertus est mei: ⁊ in pluribus alijs lo-  
cis: ita qd videtur scriptura nō aliud fa-  
cere: qd preconizare miām dei. O pctō:  
indurate: o peccator obstinate: quare er-  
go desperas. Quare nō conuerteris ad  
dñm: qz dñs semp est paratus te recipere  
⁊ acceptare. Noli ergo credere diabo-  
lo: qz dicit deū esse crudelē: qz certe vult  
te decipere: ⁊ in eternū te damnare ⁊c.  
¶ Scdō destruitur exemplo: qm nullus  
vnqz cōuersus est ad deū ⁊ ab eo repul-  
sus est sine miā. Patet de latrone. Pa-  
ter de adultera: seu de peccatrice. De pe-  
ccatrice in adulterio: ⁊ in alijs. De quibus  
dicit Bernar. in sermone. xxiij. sup. Cant.  
canticorū. Omnino propter māfuetudī-  
niē que de te predicatur: curremus ad  
te dñe iesu audietes qd nō spernis pau-  
perē pctōrem: nō horruisti confitentem  
latronē: nō lachrymantē peccatricē: nō  
deprehēsam in adulterio: nō supplican-  
tem publicanū: nō negantē discipulum:  
nō persecutōrē discipulorū. Ecce in odo

rem horū vnguentorū tuorū curremus.  
Quid ergo dubitatis o pctōres sceleratī  
ad illū pñssimū recurrere: qd tāte est mi-  
sericordie: vt oēs velit saluos facere: et  
propter hoc voluit filiū suū carnē assu-  
mere ⁊ demū sanguinē suū preciosissī-  
mū effundere. Et iō ille barbatus Vie-  
ro. in eplā ad Sabianū exhortatoria ad  
pñiam dicit: Samuel quondāz lugebat  
Saulē: qz penituerat qd vnxisset eū res-  
gem sup israel ⁊c. vsqz ibi: cui oīa elemē-  
ta seruiēt. Et sic de secūda catēna.

**T**ertia catēna dī: horribilitas  
satisfaciendi. Et voco satisfac-  
tionē p restitutione fame: p  
recōdiatione inimicorū: p  
remissione iniuriarum: p obseruatione  
votoz: p executione testamētōz: p euā-  
tatione pctōrum: necnō excisione causa-  
rum eorūde. iuxta illud Aug. de peni. di.  
ij. c. satisfactio. Satisfactio est pctōrū  
causas excidere nec earū suggestionib⁹  
aditū indulgere. Sed oīa ista horēt fa-  
cere peccatores. Cōfiteatur nāqz ⁊ cōdicat:  
sed nunqz restituit: nunqz inimicis res-  
cōdiantur: nunqz occasiones peccandi  
deuitat. Et sic eternaliter puniuntur et  
dānantur. Hec est catēna ferrea hec est  
catēna plūbea: hec est mola grauis ad  
collū pctōis demergēs ad pfundū in-  
ferni. Exclama ergo ad vsurarios: ad  
auaros: ad predatores: ⁊ ad oēs substā-  
tias aliōz rapientes: siue p malos con-  
tractus: siue p falsam sentētiā: siue per  
falsaz aduocat. onē: siue per aliquē aliū  
modū pr. miā dānicauerūt: vt restitui-  
ant qz aliter. nō remittit peccatū: nisi re-  
stituatur male ablatū. ex de reg. iur. lib.  
vi. peccatū. ⁊. xiiij. q. vi. si res. ⁊ est Aug.  
in eplā. ij. ad macedonium. Nec audire  
horēt: ista aures eoz offendūt nullate-  
nus satisfacere volūt. Sed heu heu ista  
catēna diabolica quātos dānauit: quā-  
tos ligat ⁊ ligauit: quātos in baratrum  
infernū demersit. Nō em̄ ille errauit qui  
dixit: Pecunie oīa obediunt. Propterea  
spiritus sanct⁹ Baruch. iij. testatur oēs  
istos esse dānatos dī. Ubi sunt qui ars-



## De catenis peccatorū.

gentū thesaurizat: et aurū i quo cōfidūt hoies. Rūdit. Exterminati sunt et ad inferos descenderūt. Ad inferna certe oēs descēderūt. Viderēt etiā multe mulieres vane amouere a se supfluas vanitates: supflua iocalia: et adulterinos capillos vei alienos: diabolica fomēta: et reliqua filia: que oīno si penitere volūt relinquerē oportet. Viderēt partiales renūciare partialitatibus: indulgere inimicis: et remittere iniurias: que tñ facere obligantur. Viderēt detractores restituere famā quā iniuste tulerunt: qui tñ nō absolui debēt nec possunt: nisi hoc faciāt. Istis oibus catenis ferreis pfecto ita legati sunt vt pnia eorū vana sit et vacua nec cōsequēter pōt esse deo grata et accepta. Cōtra quā catenā solus vnus malleus pfiat q̄ cōtinetur in his vbi dicitur. Tēporale em̄ est qd̄ delectat: eternū vō qd̄ cruciat. Ecce considera ergo qz gaudium qd̄ habes de oibus supradictis tēporale est et instātanē: et oīno transiturū: penā vō nisi satisfacias: vt pdictū est futurā esse ppetuā et eternā firmiter crede. Quis em̄ tā ignarus tāqz insipiens est vt modicus qd̄ eligat hēre gaudij et delectatiōis: infinitas vō penas et eterna supplicia sustinere velit? O magna hōmō mētis alienatio que nō cōsiderat illud euangelicū dictū. Quid em̄ pdest hōmō si vniuersum mundū lucretur: animē vō sue detrimentū patiat. Mat. xvi. Et sic patet tertia catena.



Quarta catena vocatur difficilis. Suggestit diabolus maxime mētī pctōus q̄ nullatenus a pctis resurgat: nec in bonum pfiat: qz hoc est difficile et quodāmodo impossibile. Ad quā catenā dissoluendā et facilitatis nō stre ad bonū propalādā et demonstrādā: mouetur quedā pulchra questio. Si de creaturā premiat sola bona voluntate absqz operibus: et si necesse est bona operatio adiūcta voluntati. Oritur ergo ista questio ex autoritatibz sibi inuicē cōtrarijs. Ab vna em̄ parte probatur q̄

nō. Nā dicit Bēn. in lib. de libero arbitrio. Intentio sufficit ad meritum: bona actio requirit ad exēplū. Ergo videt q̄ quātū ad meritū vite eterne nō sit necessaria bonitas actionis exterioris. Item sup ps. xxi. Dixi cōfitebor tē. dicit glo. Vortū p operatione iudicat. Cōfirmat hoc Greg. sup Matt. in homel. di. Nō est vacua manus a munere: cū arca cordis repleta fuerit bona voluntate. Item habetur ad hoc text. et de sentē. ex cōcasionis. c. cū voluntate. in glo. que dicit: Ampli⁹ respicit de⁹ ad corda et ad spōra neas voluntates q̄ ad actus. Adūgitur text. xii. q. vi. c. vlti. Furtū aut nō tam in quātitate rei q̄ in effectu furātis cōsideratur. Et in eodē. c. Viero. ait. Nō em̄ qd̄ furto ablatū est sed mēs furātis attēditur. Et. xv. q. vi. c. f. Amplius respicit de⁹ ad cogitationes et spōrāneas voluntates q̄ ad actus. Et. xxi. q. v. c. q̄ perius rare. Qui perinrare paratus est: anteq̄ periuret iā perurus esse videt: qz deus nō ex operibus iudicat: sed ex cogitationibus et ex corde. Et. xxi. q. f. c. odi. Et si holocausta obtulerint: vt videant ieiunare: elemosynas dare: pudiciā polliceri: que holocausta sunt vera: non ea suscipit dñs. Nam nō sacrificiorum magnitudinem: sed offerentiū merita causatqz diiudicat. Vñ et vidua que in corbonā duo minuat oibus a saluatore preffertur. de peni. di. f. c. periculose. et. c. porro. f. in quacūqz. et. f. cōuertimini. vbi dicitur: Holōta p facto reputat. et. c. f. cui. f. item. Itē sicut autoritas testatur voluntas remuneratur nō opus. Probatū etiā vna rōne sic: Adhereri vitā eterne nō est in prāte nostra: opera aut exteriora non sunt in prāte nostra: ergo ista nō sunt necessaria ad merendū. Sed ex alia parte arguitur q̄ sic. Et primo per textū Ambro. in lib. de officijs. transsumptiue vō. lxxxvi. dist. c. nō satis. Non satis est bene velle: nisi studeas etiā bene facere. Neqz satis est iterum benefacere nisi id ex bono fonte procedat hoc est ex bona voluntate pfiicat. Et Jaco. ii. f. i.



des sine operibus mortua est. illic tñ habetur: ociosa est. et Johan. viij. Si filij abrae estis: opera abrae facite. Et Mat. iij. Omnis arbor que nō facit fructū bonum excidetur et ignē mittet. Et. ij. ad Thessal. iij. Audiuimus quosdam inter vos ambulātes inquiete nihil operātes q. d. male facitis. et. ij. Pet. i. Satagite vt per bona opera certā vestrā vocatiōnem et electionē faciatis. Et quib⁹ omnib⁹ videtur cōcludi necessaria esse opera cū bona volūtate ad meritū vite eterne. Qd etiā pbatur vna rōne: q: si intēctio et volūtas sola sufficeret qd est cōtra saluatorē dicentē Mat. vi. Arta est ad meritū: facillimū esset mereri vitam eternā via que ducit ad vitā. Et his ergo cōtrarietatibus orit ista questio. Ad quā rñdet fm Alexā. de ales in. ij. parte sue summe: et Bona. in. ij. dist. iij. ar. s. q. in. q. duobus modis loqui possumus de operib⁹ bonis. Aut de illis que sunt de supererogatione: aut de illis q. sunt de obligatione. De primis dico volūtas rem nō esse sine merito: immo premiari: etiā si sit facultas ad operandū. Et nota q. si i. his esset impossibilitas: et tantū meretur bona volūtas quātū si ei esset adiuncta bona operatio cū facultate possibilitatis: hoc est verum de premio essentiali: non tñ de accidentali. Nam mulier nupta desiderans esse virgo: quis istud desideriu⁹ premiatur premio essentiali: tñ non de aureola et accidentali premio. Similiter dici pōt de martyuo et de alijs operibus supererogationis. De illis vero operibus que sunt de obligatione dicendum est: q. aut ille qui h. bonā intēctionem h. facultatē bene operādi: aut nō. Si nō h. facultatē: sed bonā volūtatē et rectā intēctionem: tunc plenitudo sola voluntatis sufficit ei ad meritum vite absq. exteriori opere. Et sic habēt intelligi oēs ille auctoritates et rationes que primo fuerunt deduce. Si aut ad sit facultas et ptas: intēctio non pōt sufficere ad meritū absq. opere. Et hoc pbatur rōne: auctoritate: et exemplo. Primo hoc

pbatur trib⁹ rōnibus fm Bon. vbi. s.

Primo propter diuinorū mādatorū obligationem.

Secūdo ppter stutis perfectionē.

Tertio ppter volūtatis cōpletionē.

¶ Primo ppter diuinorū mādatorū obligationē. Q: diuini mandati obligatio facit vt intentio sine operibus non sufficiat: cū se offert oportunitas et facultas. Mādata em̄ nō solum obligant ad volēdum: sed etiā ad faciendū. Unde Hiero. ad Eustochium ait: Eterna vita nō nisi per diuinorū mādatorū obseruationem acquiritur. Et veritas in euāgelio Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. ¶ Secūdo ppter virtutis perfectionē: q: virtus est vltimū potentie: et ideo eleuat potentia ad aliqd magnum et arduū. Potētie autē a se non habēt suā operationē siue perforationē cōpletā: nisi exeat in opera sibi debita qñ adest facultas et libertas atq. oportunitas. Ut em̄ ait Arist. ij. Ethic. ad perfectionem virtutis tria requirūtur: scire: velle: et operari. ¶ Tertio ppter volūtatis cōpletionē. Quoniam plena voluntas ponit effectū si ad sit facultas: alioquin nō dicitur homo plene aliquid velle: si nō facit cū possit: sed semiplene et pigre. ¶ Secūdo probatur per auctoritates. Nam Augu. dicit in sermone de dedicatione tēpli. Sicut enim malis operibus quas si quibusdam seris ac vectibus vite nobis ianua clauditur: ita absq. dubio bonis operibus aperitur. Et. s. Johan. iij. Filioli mei non diligamus verbo neq. lingua: sed opere et veritate. Itē Grego. in quadam homel. pente. ait: Amor dei nunq. est ociosus. Operatur em̄ magna si est. Si autem operari negligit: amor non est: ergo si non adsunt opera non est verus amor. Probatur etiam hoc per euāgelium Mat. xvi. Esuriui et non dedistis mihi manducare et. dis cet dominus reprobis. Et propter hoc feret sententiam damnationis contra eos. Si ergo propter defectum bonorū operū quis damnabitur: ergo propter



## De catenis peccatorum.

bonorum operum operationem quis saluabitur. Ergo opera necessaria sunt ad meritum: semper intelligendorum: cum adest facultas et opportunitas. Et sic intelliguntur omnes ille auctoritates secundario adducte. ¶ Tertio probatur per exemplum. Certe similitudines fuerunt deo Petrus et Paulus et reliqui apostoli: quod quilibet nostrum. Si ergo ipsi coronati sunt per opera bona propter etiam quod nos sine operibus a deo non coronabimur. Et hoc specialiter ostendit dominus Petro passionem fugientem. Cui apparuit in via dicens: Vado romam iterum crucifigi. Videmus etiam per experientiam homines mortales propter lucra temporalia vehementer laborare et insudare. Quare ergo nos sedere debemus propter illam summam felicitatem: ubi omne gaudium: omnis iocunditas: omnes diuitie: omnis pulchritudo reperitur: vigilare: laborare: nec non virtutibus abundare. Nam beatus Bernardus de quantum tale ordinis minorum primum post sanctum Franciscum: dum staret in choro ad missam et leuaretur corpus christi cecidit et exsternum usque ad nonas: deinde resurgens clamauit ad fratres. O fratres mei agamus bonum pluries hoc replicas: nec poterat ista dicere saturari. Et de hoc reddens rationem subiungebat. O quanta gloria: o quanta beatitudo: o quanta iocunditas bene operantibus preparata est. Agamus ergo bonum: quia cetera omnia dimittimus sola bona opera nobiscum portamus dicitur Iohannes in Apocalypsi. Opera enim illorum sequuntur illos. Et sic per quartam catenam.



Quinta catena vocatur exemplaris. Quid enim dicit diabolus in corde hominum secularium in peccatis existens: ut in ipsis permaneat nec per penitentiam resurgant: nisi illud quod vulgus coiter dicit: Peccata non sunt ita grauia ut predicatur: diabolus non est ita turpis ut pingitur. Et ut istis magis adhereant ante oculos eorum ponit exempla aliorum. scilicet doctorum superiorum: sacerdotum: et religiosorum. Et isto modo ligat animas: adeo ut totus mundus sic ligatus pereat. O catena terribilis: tu es

illa que ut ita loquar: deum impassibilem laschymari facis et plorare: et per os sui cantoris exclamare et dicere: Factus sum tanquam vas perditum. id est perforatum quod ab vna parte capit: ab alia perdit. Et subiungit rationem dicens: Quia audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. In circuitu enim commorantur homines mundani: auari: luxuriosi: et reliqui peccatores qui clamant dicunt: Si istis doctoribus qui leges noscunt: si sacerdotibus peccare: et religiosis qui quotidie diuina legunt: quare non etiam nobis. Profecto si non essent qui peccarent: non male agerent: nec in vitis permanerent. Et istis diabolicis catenis interretiti: et in peccatis pseuerant: et de peccato in peccatum ruunt: et nunquam per penitentiam resurgunt. Et hec est ratio maxima quare scriptura ita hortatur ad bonum exemplum: et vehementer reprehendit pusillos secularizantes: occasione peccandi prestantes per malum exemplum. Quod autem horet ad bonum exemplum probatur. Nam in veteri testamento dicitur: Quod me facere videritis facite. Iudicum. vii. Sic hec mulier in exemplum virtutis in effrata Ruth. iiii. Hanc tetationem ideo permittit dominus euenire illi: ut posteris daretur exemplum patientie eius: sicut in sancto Iob. Iob. ii. Exemplo didici disciplinam. Proverb. xxiij. Florete flores quasi lilius: et date odorem. scilicet hirtes duplicem mundiciam. scilicet interiorum: et quasi libanus fronde. scilicet per bonam famam. Ecclesiasticus. xxxix. Ite in euangelio. Mat. v. dicitur: Non potest ciuitas abscondi supra montem posita neque accensum lucernam etc. Et infra. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona: et glorificet patrem vestrum qui in celis est. Luc. x. Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit neque sub modio: sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumini deat. Et. xj. Sint lumbi vestri praecincti lucerne ardentes in manibus vestris. et Iob. xii. Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis. Ad hoc hortatur apostolus. scilicet ad Cor. x. dicit. Imitatores mei estote sicut et ego christi. et ad Rom. x. Pro-



uidētes bonū nō solū corā deo: sed etiā corā oībus hoībus. 7. ij. ad Cor. vj. In oībus eribeamus nosmetipsos: sicut dei ministros. et ad Phil. ij. Sitis sine reprehensione in medio nationis prave et peruerse inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo. Et ibidem c. iij. Ad ostētia vestra nota sit oībus hoībus: et sicut ad Thessal. iij. Rogam⁹ vos fratres ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt. 7. s. ad Tim. iij. Exēplum esto fidelium in dōbo: in cōversatione: in charitate: in fide: et in castitate. 7. ad Titū ij. In oībus te ipsum prebe exemplum bonorū operū in doctrina in integritate 7. gravitate. 7. Jaco. ij. Quis sapiens et disciplinatus inter vos: ostēdat ex bona cōversatione operationē suā in māsuetudine sapiētie. Ex quibus oībus appareret glaudabile qd optimū est inferioribus bonū prebere exēplū. Et id eadez scriptura reprehēdit prebentes malum exēplū. Nā moyses dicit Zeiūci. xix. Corā ceco nō ponas offendiculū. 7. Deutero. xxvj. Maledictus qui errare facit cecum in itinere. De his conquerebatur David in ps. cxxxix. di. Juxta iter scādārum posuerunt mihi: scz per malū exēplū. Vos reprehēdit sapiēs Eccl. xxvj. Qui laqueum alij ponit peribit in illo. Similiter Esa. iij. c. dicit: Peccatus suū quasi sodoma predicanerunt. 7. lvij. ait: Auferte offendicula de via ppli mei. i. mala exēpla. 7. Ezech. xij. Edōstastis manus impij: ut nō reverteret a via sua mala. Et hoc propter mala exēpla. Propterea saluator Mat. v. ostēdit quāruz sit detestabile alijs p̄bere malū exēplū. dicens: Si oculus tu⁹ scādālizat te erue eum 7. p̄nce abs te: 7. si pes tuus 7c. Et Mat. xvij. Mat. ix. 7. Lu. xvij. Qui scandalizaverit vnum de pusillis istis minimis q̄ in me credūt expedit ei ut suspēdatur mola asinaria i collo eius: 7. demergatur in pfundū maris. Uhe mūdo a scādālis. 7. infra. Uhe autē hoī illi p̄ quem scādālū venit. Vos reprehēdit Paulus ad Rom. xiiij. Noli cibo tuo illū p̄dere

p̄ quo mortuus est xp̄us. Propterea de seipso dicit: ne alios scandalizaret. s. ad Cor. x. Oīa mihi licēt: sed non oīa expe diunt. 7. ij. ad Cor. xj. Quis scandalizatur 7. ego nō moror? Propterea Viero. ait Dimittēdum est p̄pter scādālū qd qd p̄mitti pōt. Tuius autē exēpli detestatio nō ob aliud facta esse credis: nisi qd inimicus humani generis multos idu: cit ad peccandū p̄pter malum exēplū 7. maxime illoz qui bono exēplo sp̄s descere deberēt: necnō ligatos illos in pctō teneat: ne per p̄niam resurgāt. Dec est illa catena terribilis: de qua dictum est. Ad quam dissoluendā duobus malis utemur. Q̄ primo dissoluit sic. Dec est illa sentētia theologorum. 7. maxime sancti Tho. q. ij. q. lxxij. q̄ magnitudo peccātis aggrauat pctm. Et hoc p̄bat quattuor rationibus. Primo qd facilius maiores: ut doctores: sacerdotes: 7. religiosi possunt resistere pctō: cum excedāt in scientia 7. virtute. Unde Lu. xij. c. dicit: Seruus sciens volūtatem dñi sui 7. nō faciens: plagis vapulabit multis. Secundo p̄pter ingratitudinem. Quia oī bonum quo quis magnificatur: siue sit bonū tēporale: siue sp̄iale: siue sit scientia aut dignitas dei beneficiū est: cui. s. deo hō sit ingratus peccando. Et quantum ad hoc quelibet maioritas que est in tēporalib⁹ bonis aggrauat peccatū. Tertio p̄pter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personę: sicut si princeps iusticiā violet: q̄ potius iusticie custos: magis peccat q̄ alius. Et si sacerdos fornicetur qui castitatem ponit 7. alios adhortari dicit. Quarto propter malum exēplum siue scandalum. Quia ut dicit Greg. in pastoral. in exēplum culpavehementer ostendit: qm̄ pro reuerentia ordinis pctōi honoratur. Ad plurimum etiam noticiam perueniunt peccata maiorum: 7. magis ea homines indigne ferunt: ideo grauiora sunt: 7. maiorem penam 7. damnationē habebunt. Si ergo o pctōi vides maiores in peccatis perseverantes: uoli exē



## De catenis peccatorum.

pro illoꝝ tu peccare: nec in peccatꝝ per  
seuerare: qꝫ et si peccatꝝ eoꝝ grauius sit  
tuo ⁊ maiori pena dignꝝ tuꝝ: tñ ppter  
hoc penā sibi debitam nō euitabit. Et  
si cum his in inferno dānaberis ppter  
multitudinē nō minus ardebis: imo  
magis. Cuius rationē assignat Aug. ij.  
q. s. c. multi. in fine. Nā nō ppter ea mi  
nus ardebūt qꝫ cū multis ardebūt: im  
mo magis. Qꝫ quāto plura ī igne sunt  
ligna: tanto magis inualefcit ignis.  
Propterea sapiēs Eccl. vii. Nō pecces  
in multitudine ciuitatis. Sed pecca  
tor: qui se per maioꝝ exempla defendit:  
hoc non ob aliud facit nisi qꝫ a peccato  
resurgere negligit: ⁊ in ipso permanere  
sarat. Et iō hñōi effugatio ipsum nō  
excusabit. Iuxta illud Eccl. xxi. Vomo  
peccatoꝝ vitabit correptionē: ⁊ fm vo  
lūtātē suā inueniet cōparationē. V Ses  
cundo p̄dicta catena sic dissoluit. Nam  
si solū essent malū exemplā p̄bētes et  
non ecōuerso bonū conferentes: excusa  
ti essent pctōres: et si non a toto: tamē a  
tanto. Qꝫ ergo in vnoquoꝝ genere bo  
ni ⁊ mali sunt: sequenda sunt bona exē  
pla ⁊ mala euitanda. Propter quod ait  
Diero. in eplā ad Celantiā de recto mo  
do viuendi. Ideo timendū est: ne quos  
duces recti huius itineris habere non  
credimus: eos comites habeamꝝ erro  
ris. Si ergo inueniuntur exēpla q̄ nos  
per hanc viam ducāt: et rectā euangelij  
trānitē teneant: sequenda sunt. Sin  
autē vel deficiant: vel deficere putātur  
apostolorū forma vniuersis posita est.  
Clamat vas electiōis Paulus: nos qꝫ  
ad angustū hoc iter conuocans dicit. s.  
Eoz. iij. Imitatores mei estote sicut et  
ego xpi. Certe quod amplius oibꝝ est  
ipsius xpi relucet exemplum: qui in  
euāgelio ait Matth. xi. Venite ad me  
omnes qui laboratis ⁊ onerati estis: et  
ego reficiam vos. Tollite iugum meꝝ  
super vos: discite a me: quia mitis suꝝ  
⁊ humilis corde. Si periculosꝝ est imi  
tari illos de quibꝝ dubitas an imitādi  
sint: hūc certe imitari tutissimū est atqꝫ

eiꝝ vestigia insequi qui dicit Job. xiiij.  
Ego sum via veritas et vita. Nunqꝫ er  
rat imitatio que sequitur veritatem. Et  
infra. Auferātur peccandi feda solacia:  
nihil omnino agimus: qui nos p multis  
titudinis exempla defendimus: et cō  
solationem nostram aliena sepe miran  
tes vitia: deesse nobis dicimꝝ quos des  
beamus sequi. Ad illius exemplū nita  
mur quem omnes fatemur imitādū:  
atqꝫ ideo precipua tibi cura sit legem  
nolcerē diuinā: per quam possis quasi  
presentia cernere exempla sanctorum:  
hec ille. Et hec de quinta catena.

**E**xta catena vocatur delecta  
bilitas. Adeo enim in multꝝ  
caro spiritui dominat: adeo  
oblectamentū mundi et car  
nis ab ipsis amatur: et peccatorum car  
nis species fantasie imprimi: adeo di  
bolus suis deceptionibꝝ super ipsos do  
minatur: vt quotiēs recordātur si peni  
tere volūt: nō amplius debere delectari  
vt hactenus delectati sunt: aliā vitā mi  
nime esse putātes in placibilibꝝ huius  
miserrime vite: licꝫ cū offensis multis: ⁊  
sceleribus quasi in sua beatitudine con  
quiescūt. Qua de re ne huiusmodi obler  
tamenta dimittant: de eorum peccatis  
penitentiam non solum sumere renuūt:  
verūetiam vt mundo isto gaudeant de  
peccato in peccatum ludēdo discurrūt.  
Ad quam dissoluendam primo occurrit  
illud Hierony. ad Paulinum presbyter  
rum in prologo biblie. c. viij. in fine. Fas  
cile contēnit omnia qui se semper cogi  
tat esse moriturum. Cogitate ergo mor  
tem o iuvenes: sepe horam eius ad men  
tē reuoluite: quia mundi delectatio  
nes toto conamine spernetis. Ad hanc  
vtriꝝ dissoluendam plurimum valet me  
moriam passionis xpi. Qd de seipso tes  
tatur Diero. dicit in epistola ad Eusto  
chium. Quia impossibile est in sensu ho  
minis non irruere motꝝ medullarum  
calore: ille laudatur: ille predicatur bea  
tus qui statim vt reperit cogitare inter  
ficat cogitatus: ⁊ alludit eos ad petram:



peira autē erat christus. Et q̄ hoc sit ve-  
rum in seipso probasse fatetur ibidem  
dicens: Quotiens in heremo constitutus  
et. vltz ibi. In odorem vnguentorum  
tuorum curremus. Et sic patet se-  
ra catena.



**S**eptima catena vocatur tis-  
miditas. Dicit em̄ intra se  
insensatus pctōr diabolica  
suggeritōe deceptus. Quid  
em̄ p̄dest cōfiteri? Quō pos-  
tero in bonis inceptis perseverare: et  
pctō in futurū me abstinere? Iterū inci-  
dam in illa: et sic nihil p̄dest penitentia  
acta. Et sic h̄mōi timiditate catenatus  
nō resurgit. Ad quam dissoluendā mo-  
ueretur vna pulchra questio vtilis et inau-  
dita. Si pctā semel dimissa per verā pe-  
nitentiam: nō dico falsam: q̄ sic nō opz  
dubitare: possunt redire tam quoad nu-  
merum q̄ quoad culpā per sequens pec-  
catum mortale commissum. Probat  
p̄mo q̄ sic per illā parabolā scriptaz  
Mat. xviij. Ideo assimilātū est regnum  
celoz hōi regi: qui voluit rōnem pone-  
re cum seruis suis. Ubi habetur q̄ rex  
ille seruū suū inueniens debitorem  
decem milium talentoz et. dic totā h̄i-  
stoniam. Sic et pater meus celestis faci-  
et vobis: si non remiseritis vnusquisq̄  
fratri suo de cōtribus vestris. Qd non  
est aliud dicere: nisi q̄ deus qui nobis  
penitentibus multa pctā dimisit: et q̄ si  
nos p̄ximo nos offendenti vtiq̄ non  
dimittimus: illa eadez pctā ab eo nobis  
dimissa: iterum sunt nobis ab ipso im-  
putata et punita. Ergo a simili est in oī-  
bus alijs peccatis. Qd etiā probatur p̄  
Augu. in li. de baptismo contra donati-  
stas dicentem: Redire dimissa peccata  
vbi fraternā charitas non est: apertissi-  
me dñs docet de illo seruo: quē cū dñs  
inuenisset debitore decē milia talentoz  
deprecante oīa dimisit. Ille autē cōseruū  
suū qui ei debebat centum denarios  
suffocabat. Et cū misericors non fuisset  
iussit eum dñs reddere qd ei dimiserat.  
Uñ Amb. super eplam ad Ephe. v. c. in

glo. et ponitur a magro sen. in. iij. di. xx.  
c. s. vide ibi. Donare inuicē si alter in al-  
terum peccet: alioquin repetit dimissa.  
Si em̄ in hīs contēptus fuerit. s. dñs si  
ne dubio reuocabit sententiam p̄ quam  
misericordiā dederat. Hoc idē dicit ma-  
gister in. iij. di. xxi. c. s. et habetur de pe-  
ni. di. iij. c. considerandū. Ubi dicit Big-  
go. in. iij. dial. ex dictis euangelicis. Lō-  
stat: q̄ si qd in nos delinquitur ex corde  
non dimittimus et illud rursus erigitur  
quod nobis iam per penitentiam dimis-  
sum fuisse gaudebamus. Sed p̄tra. Op-  
positum patet per Auicē. in sue meta.  
iij. c. qui ait: Quod annihilatum est nō  
reducit. Sed cum peccatum remittitur  
annihilatur. ergo et. Exemplum habes  
de beato Aug. qui vidit in manu diabo-  
li librum in quo scriptū erat q̄ beatus  
Augustinus dimiserat cōfessiones. Qui  
statim confessus: respexit librum: et nihil  
inuenit scriptum. Similiter de seruo: q̄  
fecerat adulteriū cum vxore domini sui.  
Cum autē vellet dominus suus per quē-  
dam incāratorem certificari: seruus hoc  
sentens confessus est peccatum suū:  
et diabolus interrogatus respondit de  
hoc se penitus nihil scire. Item de vros  
re cuiusdam: que commisit adulteriū  
et cum exprobiaretur a viro suo: illa p̄s-  
sus negabat. Tunc dixit vir eis q̄ si tes-  
neret ferrum ignitum in manu sua sine  
lesione: crederet ei. Que confessa est pec-  
catum suū: et postea deo volente tenuit  
presente viro ferrum ignitum in manib-  
us suis absq̄ lesione. Preterea nullus  
successive corruptū pōt redire idem nus-  
mero: aliter duo p̄traria possent esse si-  
vera: qd est falsum. Nō em̄ hora p̄terita  
pōt reuerti: nec aliq̄ platū verbum:  
nec reliqua successiua. Et hīs ergo p̄tra-  
rietatibus ouī p̄dicta questio. Ad quas  
respondendū est fm̄ sententiā doctoris  
subtilis Job. Scoti i. iij. distin. xxi. q.  
s. q̄ peccatum dimissum: siue originale  
siue veniale: siue mortale: idē numero  
redire non pōt quātum ad culpā. i. q̄ si  
post p̄niam vnus pctm̄ mortale cōmitz



## De catenis peccatorū.

tas ppter qd aia dānet: solū de illo pus  
niet: et nō de alijs. s. p pñiam dimissis.  
O pñia scī: quāta est bonitas tua et ef  
ficacia. De qua bñ ppba Ezech. c. xviij.  
dicit: Si ipius egerit pñiam et. et pclus  
dit. Oīm iniquitatū ei⁹ quas opatus est  
nō recordabor. Rō huius positiois est  
ista: q: pñiam oīm theologoz i. iij.  
sen. di. xliij. vbi loquunt de resurrectio  
ne: nulla res ānihilata pōt redire eadē  
numero: nisi p diuinā potētā. Tūc sic p  
ñiam oīm theologoz i. ij. sen. di. xxiiij.  
Deus nō est cā alicuius pcti: q: hoc nō  
esset facere: sed pot⁹ deficere: qd absur  
dū est i deo ponere. vñ Aug. i. li. lxxiiij.  
qstionū. q. iij. Deo autore nō fit hō dete  
rior. Restat ergo q pñiam per pñiam di  
missum: et totāl annihilatus alr redire  
nō pōt: nisi p diuinā potētā. Et h est im  
possibile vt pbatū est. Ergo pctā dimis  
sa nō pnt amplius redire. Faciēda est g  
pñia: nec recidiuatio timēda est ppter  
rōnē iā dictā. Dicis ergo ad parabolā:  
et ad auctoritates iā adductas pñiam Ricb.  
vbi. s. in respōsione primi argumēti q  
p tātō in illis auctoritatibus pctā dicitū  
tur redire: q: p sequēs pctm culpa gra  
uat. Si em̄ mihi peccatū ē te indulisti:  
et postea ē te pecco: ex hoc istud peccas  
tū grauius reddif. Vincit q pdictus  
doctor vbi. s. q. v. qrit. Si maior est in  
gratitudo in casu ab innocētia: q: a ca  
su a vera pñia. Qz ex his pdictis sequif  
q maior sit ingratitudo in casu a vera  
pñia: q: pctm sequēs grauat p pctā di  
missa prius p pñiam. Sed pctm in qd  
cadit hō ab innocētia: p nullū aliud pec  
catū pcedēs aggrauat. Ad hoc respon  
det ipse doctor dicens: q gratiarū actio  
duo respicere dī. s. quātitatē doni: et gra  
uitate donationis modū. Respiciedo au  
tē ad quātitatē doni magis est ingrat⁹  
innocēs peccādo q penitens: q: ceteris  
paribus: malus donū est seruare hoīem  
ne peccet: q illi q peccat indulgere. Ce  
teris em̄ paribus nobilior est status in  
nocētie q pñie. Sed pñiderādo modū  
gratuite donationis: magis est ingrat⁹

penitēs cū peccat q innocēs: q: quāto  
magis qd elōgat a debito recipiēdi bñ  
ficiū: tātō est modus donationis magis  
gratuitus cū bñficiū sibi pfer. Magis  
aut elōgat a receptione grē quātum est  
ex parte sua ille q peccauit q ille q nō a  
grē pseruatione cecidit. Qibus tñ cōpē  
satis si cōpēset aggrauatio: q est in se  
quēti pctō ppter pcedentia iā dimissa:  
maior est ingratitudo cadere a vera pes  
nitētia: q ab innocētia. Et iō dicit do  
ctores: q pctōibus recidiuātibus pro  
pter eoz ingratitudinē: dī maior pena  
imponi: q: pctm eoz grauius. Et sic ha  
bēt intelligi pdictae auctoritates: et non  
aliter. Faciam⁹ ergo pñiam: nec timeas  
m⁹ recidiuare: q: ex assumpta pñia in  
micus factus est debilio: et iō minime  
timēdus est: q: pñiam. Parū timen  
dus est hostis: q nō pōt vincere nisi vo  
lētē. Insup secure pñie libertate hō fit  
robustior: et insidias diaboli: tāq fortis  
armatus et a carcere liberatus: q: pñia  
est armatura dei: de qua ad Ephe. vj.  
apls ait: Induite vos armaturā dei: vt  
possitis stare aduersus insidias diaboli.  
Preterea pñiaz agēs fit particeps oīm  
custodiētū mādara dei. iuxta illud ps.  
cxviij. Particeps ego sum oīm timētū  
te: et custodiētū mādara tua. Appro  
pinquat em̄ dñs penitētib⁹ pñie  
et illuminatiōe. iuxta illud ps. xxiij. Dñs  
illuminatio mea et salus mea quē time  
bo. Dñs pte. vite mee a quō tre. q. d. nō  
a diabolo: nec ab aliqua potētia. et Job  
xviij. Done me iuxta te: et cuiusuis man⁹  
pugnet ē me. q. d. nō curo. et ad Roma.  
vñ. Si deus p nobis qd cōtra nos? O  
xpiani: o mūdī amatores: o tardi: o pig  
ri. Ad pñiam: ad pñiaz: dico pueritimi  
ni. Faciamus pñiam: q: dñs defensor et  
ptector n̄r est ptra insidias diaboli et  
tatiōes inimici. Et sic p septia catena.



Crava catena vocat presum  
ptuositas. Presumunt enim  
pctōres de misericordia dei  
dicētes: q male viuēdo de  
miserēbitur sui. Qd est dñm



iudicare iniustum: necnō blasphemare eū. Sicut in psona taliū ps. ait: Nō iudicabit dñs nec intelliget deus iacob. ps. xcij. Contra quos dicit Eccli. v. Ne dicas: miseratio dñi magna est: q̄ de spes rues in psumptionē temerariā et superbiā: et absq̄ timore i pccis firmā faciēs habitationē. Ad quā tatenā dissoluēdā q̄rit ista q̄stio. Utrum in deo sit iusticia? Et videt q̄ nō: q̄ q̄cūq̄ facit oīa p libitō sue volūtatis: nō h̄m iusticiā opatur. Sed sicut dicit apls ad Ephe. s. De oīa operat h̄m p̄siliū volūtatis sue. Nō ergo iusticia deberet ei attribui. Preterea actus iusticie est reddere debitū: sed deus nulli est debitor: ergo deo nō spectat iusticia. S; p hoc obijcit. Zota scriptura: clamat deū esse iustissimū. Naz apls ij. ad Tim. iij. dicit: q̄ deus est iudex iustus. Sed nō est iudex iustus i quo nō est iusticia: ergo et. et ps. xlvij. ad dñm clamat. Iusticia plena est dextera tua. et ps. x. Iustus dñs et iusticias dilexit. Ad hāc q̄stionē respōdet Tho. in. s. par. te. q. xj. ar. s. et Ricb. in. iij. di. xlvj. ar. s. q. s. dicit: q̄ duplex est species iusticie. Una commutativa: alia distributiva. Prima p̄sistit in mutua datione et accēptione: v̄puta emptione et v̄ditione. et alijs commutationibus. Et hec dicit v. Ethic. iusticia commutativa. Et hec nō pōt esse i deo: q̄ nullus dedit ei tm̄ qd mereat: vt illi retribuatur. Unde apls ad Rom. xj. c. Quis prior dedit illi et retribuit ei: quasi diceret nullus. S; cōf̄ sit in distribuēdo: h̄m quā aliq̄s gubernat vel dispēsat: datq̄ vnicuiq̄ h̄m dignitatē suā. Sicut ergo ordo cōgruū familie vel cuiuscūq̄ multitudinis gubernat: demonstrat h̄mōi iusticiā in gubernante: ita ordo vniuersi qui apparet tā in rebus naturalibus q̄ in rebus volūtatib: demonstrat iusticiā dei. Unde dicit Dionys. c. iij. de diu. no. Opz videre verā esse dei iusticiā q̄ oībus tribuit. Preterea h̄m vniuscuiusq̄ existētiā dignitatem: et vniuscuiusq̄ naturā: natura in p̄prio saluā ordine. Et sic pz q̄ in

deo est iusticia distributiva: q̄ distribu it bonū et malū: penā et gl̄iam. Dicas ergo ad argumēta in oppositū h̄m Tho. vbi. s. q̄ quis deus operet oīa h̄m cōsiliū sue volūtatis: tm̄ hoc nō obstat quin operet h̄m iusticiā: q̄ impossibile est q̄ deus nollet qd rō sue sapientie dictat. Que quidē est sicut lex iusticie: h̄m quā ei volūtas recta et iusta est. An qd cūq̄ facit h̄m volūtate suā iuste facit: sicut il lud qd h̄m legē facimus iuste facimus. Sed nos h̄m legē alicuius supioris: deus autē sibi p̄sistit lex. Ad aliud hō dicas h̄m Ricb. in r̄sione quarti argumēti: q̄ et si deus nulli creature debitor sit et receptor: tm̄ debitor est ex p̄misso. Prosmittit em̄ gloriā dare b̄nfaciētibus. Nulli tm̄ est debitor: nisi q̄ voluit. Si autē q̄ rat: quare vult: nō r̄ideo nisi q̄ vult: q̄ volūtas sua est cā prima. Et sic pz p̄dicta q̄stio. Noli q̄ p̄sumere de m̄ia dei: q̄ tāta est iusticia quāta m̄ia. Unde Greg. ait: M̄iam dei debem̄ erubescere: si iusticiā eius nolum̄ f̄mūdare. et Hiero. Magna est m̄ia dei: immo maior q̄ credimus: sed nō minor est iusticia. et idem Hiero. Poti⁹ iusticia est timēda: q̄ m̄ia sine p̄nā p̄sumēda. An Deut. x. c. dicit: Deus magnus et potēs: et terribilis: q̄ p̄sona nō accepit nec munera. et Job. ix. c. dicit: Si iustificare me voluerō: os meum cōdēnabit me. Et si innocētē me ostēderō: prauū me cōprobabit. Itē Prover. vj. c. Zelus et furor viri: nō parcat in die vindicte: nec acq̄scent cuiusq̄ p̄ccib: nec recipiet p̄ redēptione dona plurima. et ibidē. x. c. dicit: Nō p̄derūt thesauri impietatis i die v̄litionis. Propterea dñs p̄ Esa. loquit. xlvij. c. his p̄sumptuosis. dicens: Reuelabif ignominia tua et videbif op̄ probū tuū v̄litionē capia: et nō resistet mihi hō. Et per Hiero. xlvij. c. ait: Erit cor fortiū moab i die illa sicut cor mulieris parturiētis. et p̄ Ezech. vij. c. et Sophonie. s. ait: Argētū eoz et aurum eoz nō poterit eos liberare. Sed p̄nāz age q̄ nō poterit deus iusticiā preterire. Et sic pz octaua catena.





Una catena et vltima vos  
cas lōganimitas. Pleriq;  
pccōres miseri sunt: q; vitā  
nrām corporālē nūq; sinez  
habere credūt. Dicūt enim  
intra se. Gaudeamus et epulemur: for  
tes et diuites sumus: q; nobis maleface  
re pōt. Cōtra quos est scriptura sacra:  
experiētia exp̄ssa: et euāgelij parabola.  
Scriptura sacra dico: q; Jaco. iij. c. scri  
bit: Que est vita v̄ra? Apōl ad modicū  
parēs: et deinceps exterminabit. et Job  
iij. dicit: Vō natus de muliere breui vi  
uēs tpe et. et. xx. c. inq;: Gaudii pccōris  
adinftar pūcti. Si ascēderit vsq; ad ce  
los supbia eius: et caput eius nubes tes  
tigerit: quasi sterq;liniū in fine p̄detur.  
et David in ps. xxxix. Vidi impiū super  
altatū eleuatū sicut cedros libani et.  
Et dñs i euāgelio tales cōmouet dicēs  
Mat. xij. Vigilate: nescitis em̄ qñ dñs  
veniet sero an media nocte: an gallica  
tur: an mane. Ne cū venerit rep̄te inue  
niat vos dormiētes. Q; Scōo p̄tra ipsos  
exclamat experiētia: q; videm⁹ iuuenes  
mori: et frequentius q; senes. Noui ego  
iuuenē militē: dñm terrarū multarū in  
paucis diebus morte rep̄tina deficiētē

Cū i quadā ciuitate p̄dicarē: vidi dñm  
filiā militis cū sonitu tubarū et magnis  
pōpis ad nuptias eūtes vno die dñico:  
sed i alia hebdomada sequēti cū la. hy  
mis ad tumultus sociata est. O iuuenes  
effrenati: o iuuenes insensari: o iuuenes  
q; felicitatē ponitis in reb⁹ v̄ris et trāsto  
rijs: emēdare vos dico: q; nescitis vtrū  
vsq; ad horā eritis viui. Emendare vos  
dico: q; videtis experiētiā quotidie. Et  
sic videmus vbiq;: quoscūq; in iuuetu  
te: vel in media etate: vel senectute mor  
ri. Q; Tertio clamat euāgelij parabola  
cōtra p̄dictos viuere sperātes: q; scripta  
est Lu. xij. de illo diuite qui aie sue dice  
bat: Aia mea multa habes bona reposita  
in annos plurimos: requiesce: et com  
ede: bibe: et epulare. Cui dixit de⁹. Stul  
te hac nocte aiam tuā repetēt a te. Que  
aut parasti cuius eris. Jō infert dñs di  
cēs: Estote parati: q; qua hora nō puta  
tis filius hoīs veniet. Et sic p; qualiter  
dissoluit ista catena terribilis et amara.  
Rogem⁹ ergo deū oīpōtentē: vt decedat  
nobis grāa p̄dictas soluēdi catenas: vt  
hic grām et in futuro gloriā ab eo conse  
quamur: qui viuī et regnat in secula se  
culorum. Amen.

*ib. Coll. Soc. Jesu Paderborni a. 1610.*

¶ Habes in hoc volumine humanissime verbi dei declamator. ce  
leberrimi viri Roberti de Latio. sacre pagine p̄fessoris: ep̄i aqui  
natis ex seraphico minoꝝ ordine: sermōes de aduētū de quadras  
gesima: de penitētiā et. vt in capite libri p̄notatū est p̄varios tra  
ctatus distinctos: quoz cuilibet numerū sermonum sibi quadras  
tem ab alijs p̄termisum: in fronte folioꝝ addidimus.

¶ Im̄pressum est autem p̄sens opus Zugō. per honestum virū  
magistrum Johānnem deyn alemānum. Anno dñi. M. cccc. xij.  
v̄s. no. Maij.

¶ Registrum p̄sentis operis.

A. B. C. D. E. F. G. H.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. aa. bb. cc. dd. ee. ff. gg.

hh. ij. kl. ll. mm. nn. oo. pp. qq. rr. ss. tt. vv. xx. yy. zz. aa. bb.

Qēs sunt quaterni p̄ter, d. qui est ternus, et. X. que est duern⁹.